



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 97. S.R.I. Electorum Legati ad Eugenium Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. do semper, quod dicitur quondam Eug-
 A.C. 1438. nus vellet ad cor redire, & Ecclesiam Dei
 & ejus auctoritatem recognoscere. Hæc
 verba ex Panormitani calamo profu-
 xisse constat (*).

§. XCVII.

S. R. I. Electorum Legati ad Eug-
 nium Papam.

Attamen Basileenses adhuc alio ex-
 cite sententiam in Eugenium Papam
 pronunciare, illumque exauctorare prohi-
 bebantur. Miserunt quippe Electores
 Germaniæ pro pace Papam inter & Ba-
 fileenses concilianda Legatos, qui Eug-
 nio persuaderent, ut pro celebranda Ge-
 nerali Synodo tertium in Germania lo-
 cum nominari permetteret. Reponebat
 Eugenius, præstolari se adventum Lega-
 torum, quos Albertus neo-electus Impe-
 rator decerneret, ceterum sibi omnino
 probari, quod in Germania cogeretur
 conventus, proin se quoque nuntios eo
 destinaturum, qui pacis negotium com-
 muni consilio pertractarent. His adde-
 bat, se etiam consensurum, si aliam pro
 Synodo urbem designari utilitas Ecclesiæ
 suade-

(*) Vide Annotationem ad Lib. CVII.
 §. LXXII.

suaderet, idque S. R. I. Electoribus expeditur videretur.

Sæcul. XV.

A. C. 1438.

§. XCVIII.

Ab iisdem Electoribus Deputati ad Synodum.

Accepto hoc Eugenii responso Germaniæ Principes suos pariter Deputatos Basileam mittebant, qui a Synodi Patribus peterent, ut iudicii acta in Papam instructa suspenderent, & futuri conventus decisionem expectarent. Basileenses mox suorum quinquaginta seligunt, quibus hæc Principum postulata serio examinanda traderentur, ut denique, quid consilii caperent, deliberarent. Censebant nonnulli, ad trimestre duntaxat Principum votis cedendum esse: Cardinalis vero Arelatensis pronuntiabat, depositionis quidem sententiam ad trimestre differri posse, interea tamen accusationum testes adversus Eugenium audientes, ne is innocentiam suam ulterius jactare, & Synodo iniquæ accusationis calumniam affingere possit; hac quoque agendi ratione faciliore concordie spem affulgere; Papam enim, ubi causam suam testibus comprobari intellexerit, abs dubio ad obediendum proniorem ostensurum animum. Hanc ob rationem toto residuo hujus anni spatio nulla habebatur

*Vid. infr.
§. CVIII.*

tur